inscribi memoratos donatorios suos vel eorum successores occasione premissorum
ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum etc. emittam
utriusque sexus status et cuiusvis conditionis existentium per et vlba connes (?)
sensionis tueri defendere, evincere, eliberare, pacificare, intercedere
solusque tam per se quam per quasvis submissas et sub ordinatas personas non
inquietare sub damnis vitiis simpliciter taxatis et edicendis. Et coram offi:
cio tenetur in primo Citationis termino peremptorie seniore ac satisfactione
omnibus in contrarium iuris remediis et defensis legalibusque impedimen:
tis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abrenunciando.

Pickut Srzednicka mutua Advitalitas.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. personaliter compa
rentes Nobilis Simon filius Nobilis Joannis Pickut de Pickuty Urbany ex una
et Nobilis Marina filia olim Alberti Srzednicky invicem coniuges partibus ex
alia. Sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt.
Quia ipsi inter se mutuo et invicem Advitalitatem et usum fructum omnium et sin
gulorum bonorum mobilium et immobilium in hereditate Pickuty Urbany et alibi u
biuis locorum consisten. nunc habitorum et in posterum favente divina clementia ha
bendorum et acquirendorum paternorum maternorum obligatoriorum quali:
torum se quovis modo concernen. rerum in aere hortis agris pratis sylvis rube
tis gesbis (?) vestimentis pecoribus pecudibus totaque substantia et suppellecti
li domestica cum omnibus utilitatibus attinen. et pertinen. nullis exceptis ad
extrema vitae suae tempora inscribunt et concedunt tali modo. quod si prius
de hac luce ipsum Simonem Pickut maritum quam ipsam Marinam Srzedni
cka consortem eius decedere contigerit Extunc ipsa similiter bona eadem
omnia mobilia et immobilia in bonis Pickuty et alibi ubivis locorum consisten.
cum universis attinentiis utilitatibus ad ultima fata vitae suae iure advita
litio tenebit habebit, possidebit illisque utifruetur. Post mortem vero eius Bo
na praedicta omnia in successores mariti sui sine ulla contradictione cum pleno
iure devolvi debent et devolventur. Simili etiam modo si prius supra
scriptam ipsam Marinam Srzednicka coniugem quam memoratum ipsum Simo
nem Pickut maritum eius mori contigerit. Extunc ipse bona eius omni:
a mobilia et immobilia ubivis consisten. tenebit habebit possidebit illisque ad
extrema vitae suae tempora utifruetur. Post obitum vero ipsius bona su
prascripta omnia mobilia et immobilia super successores consortis suae abs:
que quavis contradictione successoris devolvi debent et devolventur.

Markowski Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. personaliter comparens
Nobilis Stanislaus olim Alberti Porosky (?) Sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Vielislao (?) et Alberti Markowsky
et inscriptionibus certis quibus prima sibi recognoscenti per Nobilem [illegible]
olim Christophori Srzednicky in summa Novem sexagena [illegible]